sed miseria & ejulatu præcipitabit
alteram in medium infernum.

73) *In submersionem mortis depulsi*
homines enecati, ibidem arsuri,
dentibus in fœtore & gelu frendent,
sed diaboli cadavera circumstant;

 Sunt

(g) íbyggver M. ódyggver P.
(h) Jesu munu þá sárin sýnast. P. M.
(i) sitt hrærande C. U. sín hrærandi. C. U.
(k) klókar varner ordahreims 2. P. M.

Bríxli oc hróp er ad giördum glæpum,
grimmlig ſótt í myrkri oc ótta,
engi er von á ödru enn pínu,
eilíf naud, enn kvikr er daudinn.

74) Þeſſu í gegn mun finna fögnud
firda hverr, til ſinnar dýrdar
ſem Herrann býdr med hærſtri prýdi (a);
Heimleiddir því ad verda beimar (b),
úngir, glader, friálſer, fríder,
færer, máttker, vitrer, ſkiærer;
hátíd gilld er um allar allder
allda þeim (c) med virding halldin.

75) Tárum rigni, enn túngan þagni;
taki af mál! enn þurftug ſálin
berieſt um faſt oc (d) búkinn hriſti (e);
bid ec óttandi: Hiálp mer Drottinn!
Æſinliga med &c.

76) Tvo (f) hrædunſt ec dóm oc dauda,
deyr ſá margr er enginn biargar,
mitt eitt veit ec lífid lióta
leida mig í Drottins reidi;
I (g margfalldri ſyndaſaurgan
ſvídr brióſt, oc hefndum kvíder
fyrir afbrigdin fleſtra dygda,
fátt er gott þad ſiduna váttar.

77) Vindi fullt hefr veſlann anda
vondt (h) ofbelldid laungum felldann (i),
blárr oc liótr í öfundareitri
jafnan hefir ec næſta kafnad.
Reidi gall med ſárum ſullum
ſvidrar mer um bláſin idrin,
hrygdin ſlítr úr hiartarótum
hardann (k) ſtyrk í ſútamyrkri.

78) Feſtiſt

(a) hærra vegr med hærſtum ſigre. C. U. (b) heimleidar því verda greidar. P. M.
(c) þín P. M. (d) ſvo. 2. P. M. (e) búkrinn hriſtiſt. 2. (f) ſvo. P.

Sunt ibi commiſſorum ſcelerum probra & cavillationes,
dolor ſæviens in tenebris & terrore,
nulla eſt ſpes niſi cruciatuum,
miſeria eſt æterna, ſed mors viva.

74) *Contra, gaudia reportabit*
hominum qvilibet, qvem ad ſuam gloriam
Dominus honore ſummo invitabit,
domum qvippe deducentur
juvenes, læti, liberi, formoſi,
agiles, pollentes, ſapientes, ſplendidi;
Feſtum maxime ſolenne per omnia ſecula
ſeculorum cum gloria iis celebrabitur.

75) *Lachrymæ pluant! Lingva conticeat!*
Sermo deficiat! ſed anima egena
ſe torqveat vehementer & corpus concutiat!
Perculſus oro: Miſerere mei Domine!
In æternum &c.

76) *Duo pertimeſco judicium & mortem,*
(defectu auxilii multi moriuntur)
nam ſcio turpem meam vitam
me in iram Domini præcipitem daturam.
Multiplici peccatorum contaminatione
pectus uritur, & vindictam timet
ob plurimarum virtutum transgreſſionem,
cum pauca ſint qvæ bonos mores teſtentur.

77) *Tempeſtuoſa, miſerum meum ſpiritum,*
& mala violentia ſæpe proſtravit;
lividus & deformis in veneno invidiæ
jugiter pæne ſuffocatus fui;
Bilis iræ, ulceribus urentibus,
per inflammata mea viſcera furit;
triſtitia de præcordiis diſcerpit
validum robur in tenebris mæroris.

78) *Nimbo*

(g) af. P. M. (h) vort. C. U. vorn. P. M. (i) felldi. C. U.
(k) harla, *alias:* hradann. C. U.

78) Feſtiſt opt (a) í (b) fiúki laſta
froſt (c) ágirni mer í brióſti,
grædgin drepr med glæpum audgum,
greſſt her inn á króki ſtinnum.
Hrædiliga med blindri blídu
bleckiſt holld í daudans fleckun (d);
hrelldr (e) af ſlíku ætti ec alldri
ugglaus vera, þó miſkunn huggi.

79) Fyrirlátid mer fadirinn ſæti;
Fyrirlátid mer; ec vil gráta
ord, hugſan, oc illar (f) giörder
audmiúkliga, oc firraſt daudann.
Því ſýti (g) ec nú þer ad fótum
þraungdr oc kvaldr af mæding taldri,
klöckr oc hræddr ec þurfa þickiunſt
þína vægd í naudum mínum (h).

80) Svo fýſunſt ec hinn ſæti Jeſu
ſyndalauſn, ad þeirra mynder (i)
lítaſt mer ſem liggi þrútid
linna eitr um hiartad innan.
Send híngad mer ſiaufallds anda
ſanna gipt, þá er leyſi úr banni
mína önd, ad mætta ec þióna,
Máriublóm! fyrir yckrum (k) ſóma.

81) Lauſt alldregi lát mig (l) Chriſte
laſta vinds í bylia (m) kaſti;
typta mitt oc tem ſem optaſt
tendrad brióſt med líknarvendi;
ſvo ad grátandi fúſs ad fótum,
fadir ſkínandi! kriúpa ec þínum,
hvert þad ſinn ec kulldann kenni
í koſtalauſu glæpafroſti

82) Beidi

(a) ok. P. M. (b) med. C. U. M. (c) föſt. 2. (d) fleckum. C. U. P. R.
(e) hellſt. P. M. R. helldr. C. U. (f) allar 3. P. M. (g) lýt. P. M. krýp. C. U.

78) *Nimbo vitiorum ſæpe infigitur*
meo pectori gelu avaritiæ;
voracitas lautis ſceleribus interimit,
& firmo huic ſe infodit harpagone;
Cæca conniventia horrendum in modum
caro in contaminationem mortiferam decipitur,
qvibus contriſtatus, nunqvam eſſe deberem
ſecurus, qvamvis miſericordia conſoletur.

79) *Mihi condonate, pater dulciſſime!*
Mihi condonate! Deplorabo
verba, cogitationes & mala facta
ſuppliciter, & mortem effugiam.
Hinc ad pedes Tuos jam lugeo
dicta moleſtia afflictus & excruciatus;
emollitus & pavidus me indigum agnoſco
Tuæ clementiæ in mea ærumna.

80) *Dulciſſime Jeſu! Tantopere diſcupio*
liberationem a peccatis, ut eorum imagines
mihi videantur, acſi inflammans circumjaceat
præcordia venenum ſerpentis.
Mihi ſeptuplicis Spiritus mitte
verum donum, qvod a malo liberet
animam meam, ut ſerviam,
O fructus Mariæ! coram veſtra Majeſtate.

81) *O Chriſte! ne me unqvam dimittas*
in turbine vitiorum;
caſtiga, & jugiter doma
pectus meum accenſum virga clementiæ,
ut lacrymans lubens ad pedes,
pater ſereniſſime! procumbam Tuos,
qvacunqve vice frigus perſenſero
in flagitioſo ſcelerum gelu.

82) *Jam*

(h) naudſyn mína 5. N. C. U. ýdarn. P. M. (i) ſyndalíkn ad þverra mundi. P. M. (k) yckarn (l) mer. C. U. P. M. (m) bylgna. 2.

82) Beidi ec nú fyrir Máriu módur
miúka bæn, oc fagrann tenad,
átreyſtande Jeſu Chriſte
ydra vægd, er týndum nægdi:
Pín mig ádr enn dettr á daudinn,
Drottinn minn (a)! í kvölum oc ſóttum,
ad (b) því (c) midr ſe ec þá ſídan
ſlitinn á (d) fiandans króki bitrum.

83) (*) Lífid ſiálft! ad luktri æfi
leys mitt bann fyrir idran ſanna,
oléo ſmurdr veittu ec verdi (e)
vidrkennandi milldleik (f) þenna;
Hreinaſt gef þú hiarta mínu
holld oc blód, er tókſt af módur,
lyſtiligaſta (g) leidarneſti,
þá lockaſt (h) önd af holldſins böndum.

84) Hrædunſt ec ad ſárt muni ſvída
ſamvitſkunnar bygd af grunni
ſundrud öll, þá ſynder kalla
ſína eign ad hiarta mínu.
Döcker munu þá fianda flockar
færaſt nær (i) med ópi oc kiæru,
búnir mig ad brenna oc pína (k),
bíta, rífa, kremia oc ſlíta

85) Munt þú þetta, hinn dýri Drottinn!
diöflaſveitum nockud veita,
mína önd ad meida oc pína (l),
Máriubarn, enn hiálpar varna?
Heitu oc raudu hiartablódi
hana leyſtir; oc því má ec treyſta
Jeſú þinni áſt á mönnum (m),
ſem öllum baud til lífs frá dauda.

86) Heyrdu

(a) ótt. C. U. (b) æ. 3. (c) þeſſ. 3. N. (d) af CC. U. P. M.
(*) *Hanc ſtropham priori præponunt 3 exemplaria Bibliothecæ Magnæanæ.* (e) ad eg mætti verda P. at ek væntti ath ek verda. M. (f) miúkleik, P. M. fögnud. C. U.

82) *Jam rogo per matris Mariæ*
blandam orationem & facundam interceſſionem,
fretus, Jeſu Chriſte!
Veſtra indulgentia, qvæ perditis ſuffecit:
Affligc me anteqvam mors irruat,
mi Domine! cruciatibus & morbis,
ut eo minus exinde
acuto diaboli hamo dilacerer.

83) *Ipſa vita! finita mea vita*
me ab excommunicatione per veram pœnitentiam libera,
fac ut oleo unctus
hanc clementiam agnoſcam.
Puriſſimum cordi meo concede
corpus & ſangvinem, qvæ a matre aſſumſiſti,
viaticum jucundiſſimum,
cum anima de vinculis corporis elicietur.

84) *Timeo ne acerbe doleat*
regio conſcientiæ funditus
tota dilacerata, cum peccata reclamabunt
ſuam de corde meo poſſeſſionem.
Nigricantia tum diabolorum agmina
clamantia & accuſantia apprepinqvabunt,
parati ad me comburendum & excruciandum,
mordendum, comprimendum, dilacerandum & diſcerpendum.

85) *An Tu etiam, Domine glorioſiſſime!*
hoc cohortibus diabolicis concedes,
ut animam meam lædant & excruciant,
fili Mariæ! aut auxilium denegabis?
Calido & rubro ſangvine cordis Tui
illam redemiſti, qvare mihi confidere licebit
Tuo, O Jeſu! amore in homines,
qvos omnes ad vitam a morte invitaſti.

 86) *Audi*

(g) lyſtiliga ad. C. U. M. P. (h) leyſiſt. *iidem.* (i) ad M. C. U.
(k) ſkeina. 2. ſkemma. C. U. M. P. R. (l) ſkeina. M. ſkemma. P.
(m) ad Jeſus minn hafi áſt á mönnum. 4. Jeſus þínum áſtarmönnum. C. U.

86) Heyrdú mig nú himins oc jardar
háleit bygdin (a) allra dygda,
megin Drottning manna oc engla,
módir guds, oc bleſſan (b) þióda (c)!
Þá ec mædunſt í nógum naudum,
nálæg vertú minni ſálu
vef þú ágiætu verndarſkauti,
von mín ſönn, er (d) hiálpar mönnum!

87) Mária kreiſtú miólk úr brióſtum (e),
mín Drottning! fyrir barni þínu!
Dreirug fodurnum ſýndu ſárin,
Sonr Máriu! er naglar ſkáru!
Ec vænunſt ad yckrum þióni
engi kvöl megi (f) drottna lengi,
miſkunnar þá miúkuſt renna
merkin ſlík um himnaríke.

88) Frammi ſtattu, er fæddir Drottinn,
fyrir ſkínanda barni þínu,
miſkunn bjd þú ad miúka finne
madrinn hverr, enn glæpir (g) þverri!
Ber þá fram af blídum vörum
bænarmál fyrir kriſtnum ſálum;
Mária Jeſu móder dýruſt!
mundu ad eigi ſkiliumſc undan.

89) (*) Þú ert elſkandi (h) ein af ſprundum,
ágiætuſt fyrir lítilæte,
umbætandi bragna ſynder,
bleſſud mær, þú ert Drottni kiæruſt (i)!
Þú ert hitnandi Heilags Anda
höllin (k), prýdd med dádum öllum,
ei kennandi, kvitt af ſyndum,
kraptaþraung, enn löſtinn aungann!

90) Þú

(a) frygdin. C. U. (b) lækning. P. M. (c) ſlióda C. U. (d) til. P. M. (e) miólkud brióſtin. 2. (f) muni. 2. P. N. (g) glæpi. CC. U. (*) *Hanc*

86) *Audi me cæli & terræ*
excelſum omnium virtutum habitaculum,
ſumma hominum & angelorum Regina,
mater Dei, & benedictio gentium!
Cum maximis malis excruciatus fuero,
meæ animæ adſis
eamqve exoptato tutelæ gremio involve,
vera mea ſpes, qvæ hominibus ſuccurris!

87) *Maria exprime lac de uberibus,*
Regina! coram filio Tuo!
Cruenta Patri vulnera commonſtra,
Fili Mariæ! qvem clavi ſecabant!
Spero ſic in ſervum veſtrum
nullum cruciatum diu dominaturum,
ſi perfluant miſericordiæ clementiſſimæ
tantæ teſſeræ per regnum cæleſte.

88) *Conſiſte, qvæ Dominum peperiſti,*
coram fulgente Tuo filio!
Roga, ut clementem miſericordiam inveniat
omnis homo, ſed ſcelera deficiant.
Blandis cum profers labiis
interceſſionem pro animabus Chriſtianis,
Maria auguſtiſſima Jeſu mater!
memento, ne ego excipiar.

89) *Tu unica mulierum maxime amanda,*
ob humilitatem celebratiſſima,
hominum peccata deliniens,
virgo benedicta! qvæ Domino es chariſſima.
Tu es Spiritu ſancto incaleſcens
aula, omnibus virtutibus ornata,
qvæ a peccatis libera nec agnoſcis
virium defectum, nec ullum vitium.

 90) *Tu*

ſtropham cum ſeqventi transponunt 4. P. M. (h) elſkan. P. M. (i) englum hærri 2. (k) hölld oc. P. M.

90) Þú ert hreinlífis dygdug dúfa,
dótter guds, oc lækning sótta,
giptuvegr, oc geisli lopta,
gimsteinn brúda, oc drottning himna,
guds herbergi, oc gleyming sorga,
gledinnar past, oc eyding lasta,
líknarædr, oc lífgan (a) þióda,
loflig mær, þú ert englum hærri (b)!

91) María ert þú móder skiærust (c)!
María lifer þú (d) sæmd í áre (e)!
María ert þú af miskunn kiærust (f)!
María lett þú syndafári!
María lít þú mein þau vóru (g)!
María lít þú klöck á tárin!
María græd þú meinin stóru!
María dreif (h) þú smyrsl í sárin!

92) Túngusætr þó einhverr íta
ordum hygdi í kvædi skorda
miúkann dikt, ad makligleikum,
mín Drottníng! af heidri þínum;
því er líkt sem rasi eda reiki
rádlaus seggr, ad ymsum veggium,
felldr (i) oc byrgdr, enn feti þó hvergi
fúss í burt úr völundar húsi.

93) Hrærd af list þó hvers manns yrdi
holld oc bein ad túngum einum,
vindr, leiptr, oc grænar grundir,
grös ilmandi, dupt oc sandar,
hagl oc drif, sem fiadrer fugla,
fiskar, dýr, sem hollt oc mýrar,
hár (k) oc korn, sem heidar stiörnur,
hreistr oc ull sem dropar oc neistar. 94) Vider

(a) lækning 2. (b) sprundum hærre C. U. Drottni kiærust. 2. (c) dýrust. 3. P. M. skírust. C. U. (d) ert þú. C. U. lifdu. M. (e) hărri. P. M. (f) skiærust C. U. N. (g) lítin megn því vóru. C. U. lítin megn þau giörast. R. þau mein

90) *Tu es columba castitatis virtutibus ornatissima,*
filia Dei, & sanatio morborum,
via fortunæ, & radius cælorum,
gemma fæminarum, & regina cælorum,
diversorium Dei, & oblivio luctus,
cupediæ gaudii, & desolatio vitiorum,
vena clementiæ, & vivificatio gentium,
virgo celebranda, Tu es angelis sublimior!

91) *Maria! Tu es mater serenissima!*
Maria! Tu vivis & festivitatibus tibi dicatis annum condecoras
Maria! Tu es ob misericordiam charissima!
Maria! leva peccatorum periculum!
Maria! aspice ærumnas nostras!
Maria! mæstas aspice has lacrymas!
Maria! magnis medere malis!
Maria! immitte vulneribus ungventa!

92) *Qvamvis hominum qvidam svaviloqvus*
verbis pangendo concinnare conatus fuerit
lepidum, ut par est, poëma,
Mea Regina! de Tuis laudibus;
Non foret absimile, ac siqvis cespitaret vel titubaret
homo mente captus, nunc ad hunc parietem, nunc ad illum,
prostratus & inclusus, neqva tamen egrederetur,
qvantumvis cupidus, de labyrintho.

93) *Imo; si vel arte commota cunctorum mortalium converterentur*
caro & ossa in meras lingvas,
ventus, fulgur & campi virides,
herbæ fragrantes, pulvis & arena,
grando, nix vento sparsa, & plumæ avium,
pisces, animalia, colles lapidosi & paludes,
crines, grana, & stellæ serenæ,
sqvama & lana, guttæ & scintillæ.

94) *Arbores,*

er vóru. C. U. lítin mörg því vóru. P. M. (h) ber. 2. P. M. R. (i) faldr. C. U. fældr. C. U. M. (k) hör. P.

94) Vider oc griót, ſem ſtader (a) oc ſtræte,
ſtrenger, himnar (b), lopt oc englar,
orma ſveit, oc akrar hvíter,
jurtir, málmar, oc laufgir pálmar,
augabragd þótt alldri þegdi,
allar þær af fyrnſku væri
mádar, fyrr enn Máriuprýde
mætti ſkíra fullum hætti.

95) Mária vertú mier í hiarta
milldin ſiálf, því giarna villdag,
bleſſud (c)! þer, ef ec mætta meira,
margfalldadaſtann (d), loſſaung giallda.
Loflig (e) ord í lióda giördum
af lyſtiligri (f) módur Chriſti
óngum tiáir (g) ad auka (h) lengra:
einn er Drottinn Máriu hreinni.

96) Hinn kroſſfeſti kraptrinn hædſti,
Kriſtr! er fiórir broddar (i) níſtu,
þer býd ec oc þinni módur
þetta verk (k), er í einn ſtad ſettak.
Þá látid mig þeſſara nióta
þraungſkordadra kvædis orda,
er þid ſiáid med (l) öllu varda
öndin mín ad fordiſt pínu.

97) Verid kátar nú virdaſveitir!
vætti ec þeſs í kvædishætti
þer vorkynnid, þótt (m) verka þenna (n)
vanda ec midr, enn þyki til ſtanda (o).
Vardar meſt til allra orda
ad undirſtadan ſe rettlig fundin,
eigi (p) glögg (q) þó (r) Edduregla
undan hlióti (s) ad víkia ſtundum.

98) Sá

(a) ſteinar. P. M. (b) himna C. U. P. M. R. (c) Drottni og. C. U. (d) margfalldadan. 2. P. M. (e) líflig. C. U. P. M. R. (f) lyſtilig af. C. U. lyſtiligrar. P. M. (g) tióar. M. (h) yrkia. N. (i) gaddar. P. (k) vers. P. (l) mig. 3. M. R. mer. P. (m) vorkunnliga. C. U. varkunnigr. M. P.

94) *Arbores, ſaxa, urbes & plateæ,*
fides, cœli, aër & angeli,
vermium ſpecies & agri albicantes,
herbæ, metalla, & frondoſæ palmæ,
ſi vel momentum unum non tacerent,
omnia prius vetuſtate
detererentur, qvam laudes Mariæ
perfecte enarrare potuerint.

95) *Maria in meo corde eſto,*
ipſa clementia! lubentiſſime enim
Benedicta! ſi plus valerem, Tibi
abſolutiſſimum hymnum perſolverem;
Honorifica in poëmate conficiendo verba
de jucundiſſima Chriſti matre
nemo ulterius amplificare poterit, qvam:
Solus Dominus Maria ſanctior!

96) *O vis celſiſſima crucifixa,*
Chriſte, qvem qvatuor clavi transfixerunt,
Tibi, Tuæqve matri offero
hoc opus qvod compoſui.
Tunc facite ut horum fructum percipiam
arcte ligatorum carminis verborum,
cum Vos videbitis mei maxime referre
ut anima mea cruciatum effugiat.

97) *Valeto jam honoratiſſima auditorum corona!*
ſpero, qvod in carminis genere,
vos ignoſcatis, qvamvis hoc opus
minus elaboraverim, qvam condignum viſum fuerit.
Maxime refert, ut cujusvis ſermonis
fundamentum rectum reperiatur,
qvamvis haud exactæ regulæ Eddicæ
interdum exceptionem neceſſario patiantur. 98) Qvi


vera kann hitt ad. C. U. (n) verda þenna. P. (o) þætti ſtanda. 2. P. M. (p) er. *add.* 5. N. (q) glöggt. P. (r) því. 3. P. N. (s) hlytr 3. verdi 2. P. M.

98) Sá er ódinn (a) ſkal vandann (b) velia (*),
velr ſvo mörg í kvædi ad ſelia (c)
hulin fornyrdin, ad (d) trautt má telia,
tel ec ad þad má (e) ſkilning dvelia.
Vel þvíad her má ſkír ord ſkilia,
ſkilie þióder minn lióſann vilia,
tal óbreytt oc veitt af vilia (f),
vil ec drápan (g) heiti LILIA.

99) Af ſannri áſt oc ſætu brióſti,
ſinni rett fyrir hiálp oc minni,
ſegi Máriu hverr ſem heyrir,
hennar vers, á diktan þerſa;
Vera kann þá (h) ad mærin minniſt
mín, þó (i) liggi ec kvaldr í pínu,
ber mig þar til von, á vörum
víſt ef leki: *Dominus Tecum.*

100) (k) *Almáttigr Gud allra ſtetta,*
yferbiódandinn, engla og þióda,
ei þurfandi ſtadi ne ſtundir,
ſtad halldandi í kyrrleiks valldi;
ſenn verandi úti og inni,
uppi og nidri og þar í midiu,
lof ſe þer um alldr og æfi
eining ſönn í þrennum greinum!

(a) ordinn CC. U. N. R. (b) vanda og. *iidem.* (*) virda. C. U. R. (c) verdr ſvo margt í kvædi ad ſkorda 2. R. í kvædi ad fela. P. M. (d) ad. *omitt.* 6. P. M. R. (e) þenna ſvo. 3. P. M. R. þaug má N. (f) tal úbreytiligt



98) *Qvi metrum eligit difficile,*
multos in carmine promendos eligit
archaïſmos obſcuros, ut vix numerari poſſint,
qvod intellectum morari mihi videtur.
Sed cum hic clara verba facile intelligantur,
mens mea manifeſta cuiqve patebit,
ſermo non eſt figuratus, & benevole exhibitus,
volo ut carmen hoc intercalatum LILIUM appelletur.

99) *Ex vero amore, & ſincero pectore,*
pro mea ſuaqve propria ſalute, rite
dicat Mariæ, qvivis auditor
hujus poëmatis, ejus verſum (Ave Maria).
Virgo forſitan tunc meminerit
mei, qvamvis cruciatibus affligar,
qvod & ſpero, de labiis
præſertim ſi reſonaverit: Dominus tecum.

100) Omnipotens Deus, qvi omnes ordines
angelos & homines gubernas,
nec locorum nec temporum indigus
in tranqvillo imperio permanes,
qvi ſimul es foris & intus,
ſuperne, inferne, & in medio,
laus Tibi ſit per ævum & ætatem
vera unitas in ternis diſtinctionibus!

---

veit ek af vilia C. U. M. veit at velia P. (g) kvædid. 4. P. (h) þat. C. U. því. P. M. (i) þá ligg. C. U. P. M. (k) *Hanc ſtropham, quæ ab initio carminis exiſtit, hic repetunt.* 2. N.



LILIUM

Vetus Islandicum,

Hoc eſt:

Hymnus idiomate Islandico a Poeta quodam Pontificio olim compoſitus, in qvo laudes Dei magna cum devotione recenſentur, Beatæ Virginis encomia non ſine ſuperſtitione decantantur; Omnia miro artificio pompaque exornantur: In eorum gratiam, qui venerandæ Antiquitati juſtum ſtatuunt pretium, Carmine Elegiaco Latine redditus, a PAULO HALLERIO, Islando.

1) In triplici ſimplex, in ſimplice Numine triplex,
Qui ſine principio, qui ſine fine, Deus.
Angelicæ tua jura colunt, tua numina, turmæ;
Et quem feciſti, Te veneratur homo.
Non Tua Majeſtas ſpatio finitur ab ullo,
In Te nec qvicqvam tempora juris habent.
Omnia Tu præſens loca contemplaris, & omni
Sede vacas, ullo non capiente loco.
Summa tenes, medium comples, premis infima paſſu;
Ullibi qvod non eſt, Numen ubique Tuum eſt.
Ut fuit ante Tuum, ſic eſt poſt ſæcula nomen,
Laus Tua per binos itque reditque polos.

2) Ad

2) Ad Tua genua feror, bonitatis ſtratus ad aram;
In mea vota pium Numen ab axe voco.
Hos impelle animos, hæc vatis & ora reſolve,
Quæ feciſti animos oraque noſtra, manus!
In numeros pia verba refer, decus adde Camænæ;
Fac niteat cultu, ſacra Thalia, Tuo!
Non precor Auſonias, non ter tria Numina, Muſas!
Eſt ſine Te noſtris gratia nulla metris
3) Accipe, Virgo, preces; ſuſpiria percipe, Mater!
Mater, cui ſalvus virginitatis honos.
Per Te mellitum fundet mea Svada leporem,
Et Themis alma meo proferet ore melos.
Aurea ſi jugi fluerent mihi carmina vena;
Deberem Dominæ ſed tamen illa meæ.
4) Vatum priſca cohors variis oracula libris
Reddidit, Aoniæ quæ docuere nurus.
Heroas cecinit veteres, monumentaqve Regum,
Marte toga illuſtres, Danica lingua, Duces.
Quod ſi tanta fuit quondam reverentia ſceptri,
Illius & laudes muneris inſtar erant:
Muſa refer ſummi mea nunc diadema Monarchæ,
Oreque, ſed patrio, Numinis acta cane.
Debemur Domino nos, noſtraque munera ſpectes,
Si quibus ornavit nos pretioſa Dei.
5) Condidit ille meum, qvod nunc circumfero, corpus;
Illius hoc venit Spiritus ore movens.
Quin ſimul ut primos vagitus edidit infans,
Lucina famulas ſubjiciente manus:
Abluit antiqui maculas baptisma reatus,
Livida ab infixo dente venena necans.
Ut crevere anni, ſapientia crevit in annis,
Exſeruit vires mens generoſa ſuas.
Viximus! At poſtquam maturior adfuit ætas;
Hei mihi quod cuncta non ſine labe fui!
Indolui, cœpiqve meos agnoſcere nævos;
Pone metum, dixit, cum benedicta Salus.

 Cernis

Cernis ut ad dextram latus eſt adapertile Chriſti;
Illa tuas ſordes ſangvinis unda lavat.
Sumpſi animos, ſtygii contemnens flagra tyranni;
Quicquid & irato Cerberus ore vomit.
His me devinxit meritis clementia Patris;
Juſſit & in laudes illa referre ſuas.
6) Nondum tempus erat, cœleſtia climata fecit
Cum Deus, & vacuo qvod Jove pendet, onus.
Machina ter ternos intexuit orbibus orbes;
Angelicis ſedes digna parata choris.
Accipit illa fides, ratio cæcutit in illis;
Exſuperant captum facta ſtupenda meum.
Nil majeſtati deceſſerat, addiderat nil;
Fabrica nullius Conditor almus eget.
Phoebus metitur ſoles, at Cynthia noctes;
Eſt equidem alternus, par ſed utriqve labor:
In ſua hic fugiens veſtigia volvitur annus,
Unaque dum moritur, naſcitur una dies.
7) Inter cælicolas inſignis in arce phalanges,
Angelus unus erat, proximus atqve Deo.
Summus erat, reliquos ſuperabat lumine cœtus;
Gloriaqve æquales non habuiſſe fuit.
Sed maleſana ſuos tranſire ſuperbia fines
Auſa, ſui fertur pœnituiſſe ſtatus.
Amplius imperium, plus affectavit honoris,
Cum tumido inſolitum murmuratore nefas.
8) Filius ætherea Genitoris regnat in aula;
O! utinam teneant hæ ſua ſceptra manus!
Purpura ſi ſolio mea ſe jactaret in illo,
Et promeret noſtrum fulva corona caput;
Machina adoratum me triplex prona veniret;
Incuteret cunctis dextera noſtra metum.
Interea genium placaret dira tyrannis,
Et foret hæc votis meta ſuprema meis.
Nec dubito lites ipſi intendiſſe Jehovæ;
Quam vellem vires ſentiat ille meas

Vah

Vah ſcelus! incautum quo te tuus abſtulit error;
Qvam vereor factis præmia digna feras!
9) Vix hæc fatus erat, celſo cum tractus Olympo,
Ceu plumbum, ad terræ viſcera pronus abit,
Nec tamen incomitatus abit; pars tota cohortis
Conjuratorum Tartara nigra ſubit.
Hic ubi perpetuo nutritur ſulphure flamma,
Sævit in auctores improba noxa ſuos.
Infelix animi Satanæ commercia quisquis
Stultus amat, propriam qværit & ipſe necem.
10) Interea Deus omnipotens ſuſpendit, & alto in
Culmine, aquas fixum juſſit habere locum.
Ordine ſtelligeras poſuit ſuper aëra ſphæras,
Quæque nitent gemino lumina celſa Polo.
Evolat ignis atrox, ſubſidit pondere tellus,
Aëra habent volucres, & freta piſcis habet.
Mons caput erexit, vallis depreſſa jacebat;
Plurimus in fœtis nubibus imber erat.
Silva feras aluit, ſpatioſus campus ariſtas,
Et quæ plura tenet munera dives ager,
Oceanum ſena luſtrarat lampade Phœbus,
Induerat qve ſuum jam nova Veſta decus.
11) Cum Pater exſtruxit limoſo e ceſpite corpus,
Sanguine & infuſo, veſtiit oſſa caro.
Nec mora, vitales inſpirat conditor auras,
Serpit & infuſus per ſua membra vigor.
Enthea vis animæ, mentiqve ſimillima Divum
Pars operis totum condecoravit opus.
12) Munere qvod Superum toti caput inferat orbi
Natus homo eſt, vero nomine dictus Adam.
Conſortem thalami coſta Deus educat Evam,
Cum Pater injecto membra ſopore levat.
Ut videt, agnoſcit; cognatæ gratia formæ
Fatidicum ſtimulat pectus & ora viri.
13) Hæc ex carne caro eſt noſtra, hæc ex oſſibus oſſa;
Hæc amet amplexus nupta Virago meos.

Amramides

Amramides memorat primi hæc connubia lecti,
Connubiiqve locum, qui Paradiſus erat.
Has tenuere plagas, venturaqve debuit illas
Angelicis ſoboles mixta tenere choris.
14) Digna ſed ut meritis referatur gratia tantis,
Æſtimet & celſum ſubdita terra polum,
Dat mandata Pater: medio ſe jactat in horto
Arbor, ab admota non reſecanda manu:
Quod ſi forte juvat vetitos decerpere fructus,
Carpitis æternam, credite, uterqve necem.
15) Angelus ingentes, cœlo turbatus, in iras
Invidiam, pœnæ, ſuſcitat ipſe, memor.
Fraude tumens, homini cœlum invidet, ardet & ejus,
Qua cecidit, prolem conditione frui.
Induerat vafrum ſinuoſis flexibus angvem,
Cum tales bifido ſibilat ore dolos.
16) Dic age, cur vetuit frondem modo conditor unam,
Inter quas vaſti contulit orbis opes?
Dixerat, & ſuaves oſtendit in arbore fœtus,
Ut tumeant ſucco, cernere poma jubens.
Virgo refert: mortem ne ſentiremus amaram,
Vel quæ plura gravis damna ſenecta trahit;
Inviolata Pater ſua brachia panderet arbor
Juſſit, is æternum ne moriretur honos.
17) Ille ſub hæc: plura eſt quoniam data copia fandi:
Non ea decerptæ præmia frondis erunt.
Sumite poma, ſimul mundi ſumetis habenas:
Credite: res ſimiles vos facit illa Deo.
18) Credula decepta eſt: condensqve in viſcere fructum,
Partem, ait, hanc, virgo, tolle, marite, tibi.
Accipit infelix, & inanem conjugis iram
Dum timet, offenſum ſentit uterqve Deum.
19) Ille ſui pœna contemptum ulciſcitur æqua,
Exilii miſeros damna ſubire jubens.
Conſcia mens nudos exprobrat turpiter artus,
Naturamqve ſui pœnituiſſe patet.

Sic

Sic fuit & pater, & lictor, vitæqve necisqve
Causa, secuturæ posteritatis, Adam.
Illa orbis varias late est dispersa per oras,
Exul, inops, patris facta nefanda luens.
20) Nec mirum; ramos fert radix putrida putres,
Et mala sunt corvi, quæ parit, ova mali.
Tempora labuntur, seclorum nascitur ordo,
Latius ut serpsit vis geminata mali.
Horrida flammivomas minitantur tartara fauces,
Cum simul injecit mors truculenta manum.
21) Non erat, auxilium, quisquam, qui ferret egenis;
Nullus primæva nam sine labe fuit.
Heu! maculant artus eadem contagia nostros;
Hei mihi! quod foetet pars meliorqve mei.
Quid faciam? pœnas qui nos has pendere jussit,
Solus habet crimen jus relevare meum.
Hunc cane, Musa, Deum; miracula viderat ætas
Qvæ senior, versu sunt memoranda tuo.
22) Sunt memoranda tibi, triplex quæ machina vidit,
Et miratur adhuc, facta stupenda Dei.
Is nisi me patulis rapuisset faucibus orci,
Non caneret laudes lingua diserta suas.
Quam vetus amisit formam, novus erigit Adam;
Quæ quondam exul erat, jam revocata salus.
23) Carcere damnatos solvit clementia cœli;
Nubila post rutilo Phœbus ab axe nitet.
24) Omnia qui quondam, Pater & cum Flamine Gnatus,
Condiderant, majus jam meditantur opus.
Tempus erat; Genitor veloces, Angele, pennas
Indue, ait, solers & mea jussa refer.
Urbs jacet Isacidum, Nazaretham nomine dicunt;
Sedem illic patriam Virgo Maria tenet.
Dic age: celsitoni, suprema potentia, natus
Pectore amat condi sub, pia Virgo, tuo.
Ne mirare, sacri servabit Numinis aura
Claustra pudicitiæ, virgoqve mater eris.

 25) Inter

25) Inter ut irriguos naſcuntur lilia fontes;
Inter virgineos ſic micat illa choros.
Candida ſimplicitas, connata modeſtia, dotes
Commendant formæ munera rara ſuæ.
Æmula, qvid multis? imitatur Numina virtus,
In fratres pietas, relligioqve Deum.
26) Mens humana ſtupet, langveſcunt munia linguæ,
Ipſe vel angelico deficit ore lepos!
Ut tua ſceptra regunt orbem, ſic gloria complet;
Cuncta tuas laudes, O Deus! ora ſonent.
27) Gabriel celeri dilapſus in aëra paſſu
Aſtra per & cœli climata picta volat.
Non ita pavo ſuas fulgentes explicat alas;
Candidior nunquam ſol ciet axe diem.
28) Quæ coluit flos virgineus, qvæ gemma pudoris
Tecta ſubit, referens nuncia, dixit *Ave.*
O Virgo Superis nimium dilecta, coronat
Quam Deus, innumeras inter honore nurus!
Agmina cœlicolum qui terrigenasqve gubernat
Concipi amat veſtro ſemine factus homo.
Numen in humanæ tranſit nova fœdera gentis;
Tu paries hominem, tu pariesqve Deum.
29) Audiit & quamvis miratur talia primum,
Verba tamen conſtans accipit illa fides.
Hæc etenim cunctis res eſt incognita ſeclis.
O! liceat paucis quærere? Virgo refert.
30) Non experta virum num virgo puerpera fiet?
Hactenus eſt nulli cognita noſtra Venus.
Ales ait: Metuis ne quicquam talia mater!
Hoc opus ætherei Numinis aura facit.
Altitoni paries ſanctum & ſine crimine gnatum;
Alma tuos Patris conteget umbra ſinus.
31) Dixerat: inſolitum complevit ut æthera Numen,
Viſaqve ſunt fixo flumina ſtare gradu:
Hæc natura, ſui velut immemor, admiratur;
Sed nil judicio promovet ipſa ſuo.

Numine

Numine tres inter media eſt perſona triuno,
Dignata eſt matris quæ recubare ſinu.
Embryo materna capit incrementa ſub alvo,
Virgineoqve Deus ſemine factus Homo eſt.
32) Hæc pia corda ſacro celebrant myſteria plauſu,
Cumque ſuis lacrimis gaudia mixta cient.
Ut tua ſceptra regunt orbem, ſic gloria complet;
Cuncta tuas laudes, O Deus! ora ſonent.
33) Cum ſua jam novies repararat cornua Phœbe,
Prima videt natus lumina matre puer.
Ceu penetrat vitrum radius, nec læditur illud;
Sic honor illæſus virginitatis erat.
34) Audiit ulla prius non ætas talia fando:
Virgo parit: Deus ex virgine natus homo eſt.
Læta recens nato geminantur jubila Regi,
Ætheriæqve ſonant gaudia mille domus.
Militiæ mortalis amant commercia turbæ
Cœleſtes; mixti paſtor & ales eunt.
35) Sed non ſarrano Rex hic dormitat in oſtro;
Stramineo ponit membra tenella toro.
Bis quater Eoos aurora oſtenderat ortus;
Saucius ingemuit, lege jubente, puer.
Tinguntur roſeo ſanctiſſima membra cruore;
Ora madent, & vox pectus anhela quatit.
36) Lampade cum Phœbus duodena luſtrat & una
Orbem, regalis munera pompa tulit
Purpura. quam veneratur Arabs & ſolis ad ortum
Gens ſita, fulgentes accumulavit opes.
Ter denos Phœbus ſeptemqve per æthera curſus
Egerat, emiſſis per juga vectus equis:
Templa petit; Sua dant puero ſuffragia vates,
Debitaqve ante aras victima lege cadit.
37) Poſtquam ter denos ætas adolevit in annos,
Jordanis affuſo corpus in imbre lavat.
Affudit ſacros latices Baptiſta Johannes,
Officii peragens munera juſta ſui.

Oftendunt aperto nova se fpectacula cœlo;
Vox Patris auditur, Spiritus axe venit.
38) Nil juvat humanæ rimari indaginis ufum;
Non tam fublimes res capit illa Dei.
Ut tua fceptra regunt orbem, fic gloria complet;
Cuncta tuas laudes, O Deus! ora fonent.
39) Interea medio Sathanas caput extulit orco,
Hosqve venenato concipit ore fonos:
Nefcio quid certi eft; jam me natalis Iefu
Sufpenfum varia calliditate tenet.
40) Illum facra cohors, infveto fidera curfu,
Munera, & in toto pax colit orbe nova.
Ah! vereor fraudes, fraudum aftutiffimus auctor,
Neve fua noftrum corruat arte caput!
41) Quis patrium novit genus? eft materna propago
Ifacidum, quamvis jam latet, orta domo.
Tartarus hunc metuit primum, angvicomæqve forores;
Ille mihi primus caufa timoris erat.
42) Sæpe flet, arridet nunquam, jejunia fervat,
Tegmine contenta & lacte juventa fuit.
Ifta nihil Deitatis habent, funt omnia fortis
Humanæ, inftabili ftantqve caduntqve rota.
43) Major erat, quantum video, quem lufimus, Adam;
Noftris capta dolis, major & Eva fuit.
Non, nifi tendantur, capies per retia cervos;
Forte eat in caffes præda petita meos.
Experiar quicquid fraudum tentarat Erinnys,
Et quæcunque meo corde venena latent.
44) Nate Dei Patris, Matris dilecta propago,
Auxiliatrices porrige, qvæfo, manus.
Fac Satanæ effugiam lufus, Tibi femper adhærens;
Et quæcunque jubes officiofus agam.
Ut Tua fceptra regunt orbem, fic gloria complet;
Cuncta Tuas laudes, O Deus! ora fonent.
45) Cum jejuna famis tolerat ludibria Chriftus,
Ambulat atqve inter, per loca fenta, feras.

Aggreditur

Aggreditur tentatqve Deum, qui decipit orbem,
Quaque poteſt nectit calliditate dolos.
Miſſa ſed intorto redierunt ſpicula nervo,
Inqve ſuum verſa eſt fraus meditata caput.
46) Tum Chriſtus triplici rediens certamine victor,
Ex Patris docuit dogmata prompta ſinu.
Hoc etiam faciunt Domini, pia turba, clientes,
Eſt quorum nullo laus moritura die.
Queis oculi nigra fuerant caligine tecti,
Auris hebes, nullo prædita lingua ſono.
Si quos in furias fanaticus egerat error,
Aut quibus in lecto languida membra jacent,
Occupat hos ſcabies, lepræ hos contagia lædunt;
Applicuit medicas omnibus ille manus.
Non ſemel in lethi pugnavit ſtamina; quamque
Diripuit prædam mors truculenta dedit.
47) Aſpicit iſta vafer Satanas, metuensque cohorti
Tartareæ, volvit pectore mille dolos.
Incrementa boni, poſt detrimenta malorum;
Et rediviva ſalus, perdita mortis acus.
Cuncta movent bilem, notas decurrit ad artes,
Sævit & in Chriſti Styx juvenile caput.
48) Inter bis ſenos fratres, comes unus Iudas
Fur erat & Domini proditor ipſe ſui.
O immane nefas! Chriſtum divendidit ære
Hoſtibus, hoc Satana perficiente ſcelus.
49) Circumciſa phalanx, furiali percita monſtro,
Innocuas cogit vincula ferre manus.
Judicis ante pedes rapitur; Sententia dicta eſt,
Et vitæ auctorem deſtinat illa neci.
Diripitur veſtis, collidunt tempora pugni,
Commaculat roſeas fœta ſaliva genas.
Ille ictus tacuit, cædenti præbuit ora;
Nullus in inſonti pectore livor erat.
Spinea ſerta caput circumdant, purpura tergum,
Et tandem infami ſtipite membra tremunt.

50) Flete piæ mentes mecum, pia pectora flete;
Hoc, quamvis tremulo fundite ab ore, melos:
51) *Poplite curvato, tensis ad sidera palmis,*
Convenimus vultus, Conditor, ante Tuos.
52) Interea Romana acies, Saracænaque turba
Ad scelus impurum quodque parata manus:
53) Tempora quassando, distendens ora cachinnis,
Evomit in miserum scommata multa reum.
Diffugiunt comites: Mater sua fletibus ora
Fœtat, & o! dixit: Siccine, nate, peris!
Ceu gnati quondam doluisti, virgo, ruinam;
Sic, quæso, adversis afficiare meis?
54) Tum Regina gravi sub stipite saucia luctu,
Aspexit nati vulnera cruda sui.
Genua labant, oculiqve madent & pectus anhelat,
Anxius irriguo perfluit imbre sinus.
55) Audiit Angelicam quæ quondam virgo salutem,
Clarior & cunctis matribus una fuit.
Lætaqve cingebat prolem complexibus almam;
Oscula dum capere, & dum dare crebra juvat.
56) Tristia nunc cernit morientis funera nati,
Et fovet amplexu ligna cruenta suo.
Aspicit affixas ferro super arbore palmas;
Affixosqve pedes & latus ense patens.
Vulnera quæ Natus, quæ Mater vulnera sensit,
Utraqve sunt nostri facta medela mali.
57) Has rogo per lacrimas, hæc per suspiria matris,
Liberer ut meritis, Christe benigne, Tuis!
Poplite curvato, tensis ad sidera palmis,
Convenimus vultus, Conditor, ante Tuos.
58) Sic inter medius cœlum teramqve pependit,
Felle sitim extremam turba profana levat.
Frons cadit, ora subit pallor, viresqve fatiscunt,
Cum parat æthereas Spiritus ire domos.
59) Quis leget hæc siccis oculis? natura dolorem,
Conditor ut moritur, non tacet ipsa suum.

Vesta

Vesta tremit, tristis condit sua lumina Titan;
Condoluit domino machina tota suo.
60) Tartarus, ut fama est, immania protulit ora,
Et fatuus palmam credidit esse suam.
61) Nec mora, turbata est Plutonis Regia, & omnes,
Quas plebs atra colit, contremuere domus.
Lux tenebras vincit, fugiunt maledicta per umbras
Turba, triumphantis numinis ora timens.
Reddere quos habuit captivos jussa Tyrannis,
Subdidit imperio langvida colla novo.
62) Quis victus? Satanas. Qvis victor? Conditor ævi.
Qvo Sancti veniunt? Ad loca celsa poli.
Qvis pacem terris dederat? Tua passio, Christe.
Qvis dederat cœlos? Crux Tua, Christe, dedit.
63) Lux sacra, Cunctipotens hominum Salvator, Iesu,
Tolle redux Stygio me super astra lacu.
Poplite curvato, tensis ad sidera palmis,
Convenimus vultus, Conditor, ante Tuos.
64) Ecce vetus gaudet, novus ut subnascitur Adam;
Hic genus enutrit, quod genus ille necat.
Hic fratres cœlo, cœlesti & munere donat,
Exitio sobolem tradidit ille suam.
65) Qvid tibi vis, Satana? Christi quid funera tentas?
Te ne Dei censes viribus esse parem?
Peccati quæris labem? non invenis ullam;
Intacta Deus est Virgine natus Homo.
Verbera sæva tulit, meruit sed verbera nunquam,
Enecat innocuum lingua dolosa caput.
66) Decipit Eva virum pomo, tu decipis Evam;
Progeniem pomo fœmina, virque, necant.
Progenies Christum cruciat; te conterit ille:
Te repetit nervo missa sagitta tuo.
67) Vix dum purpureos aurora ostenderat ortus,
Victo consurgit funere Christus ovans.
Jura quater denos docuit cœlestia soles,
Donec ad obscura sidera nube venit.

Collocat

Collocat in cœlis, quæ ſumpſit corpora terris;
Sangvis eunt ſuperas & caro noſtra domos.
68) Flaminis ætherei poſt dona clientibus auget,
Verba peregrino queis dedit ore loqui.
Ad dextram reſidet, moderatur & omnia, Patris
Invitans fratres ad ſua regna pios.
69) Has rogo per venas, Salvator, & illa per oſſa;
Per quod ab humano germine corpus habes.
Noſtri cura Tuos premat & clementia ſenſus,
Et nunqvam noſtri dememiniſſe velis!
Poplite curvato, tenſis ad ſidera palmis,
Convenimus vultus, Conditor, ante Tuos.
70) Tempus erit, judex dicturus jura redibit,
Cum ſua pro meritis præmia qvisqve feret,
Concipiet ſubitas ſpecioſa hæc machina flammas;
Omne ſuum perdent tunc elementa decus.
71) Omnibus exſurgent rediviva cadavera in oris,
Induet & vultus tunc homo quisqve ſuos.
Gens ſcelerata videns, monſtrat quæ vulnera, Chriſtus;
Submittet pavido læſa timore caput.
Omnia facta refert, atqve omnia dicta reorum
Actor, & in tacito quæ latuere ſinu.
Nec juvat ejurare ſcelus, nec munera proſunt;
Exſequitur tabulas judicis urna ſuas!
72) Detegitur violans cauſas ambagibus error,
Judicio cuncti ſtantqve caduntqve Dei.,
Scinditur in geminas plebs circum pulpita claſſes;
Dextra petit cœlos; Tartara læva petit.
73) Dentibus hæc ſtridens, natat alto in gurgite mortis,
Commutantqve ſuas flamma geluqve vices.
Aſtant tortores, memorantes crimina vitæ,
Heu nimis in pœnas ingenioſa cohors!
Spes nulla effugii, dolor hic non clauditur unquam;
Vitam, perpetuo dum moriuntur, alunt.
74) Illa ſed ad Superum convivia ducitur, illam
Gloria & æternus concomitantur honos.

75) Siſte caput lacrimas, ſermonem lingua coërce,
Sola movens pectus mens prece flecte Deum.
Poplite curvato, tenſis ad ſidera palmis,
Convenimus vultus, Conditor, ante Tuos.

76) Me timor extremi tenet exercetqve diei;
Heu miſer; heu nullam ſentio triſtis opem!
Me peragunt peccata reum, rapit ante tribunal
Neqvitiæ rigidum conſcia vita ſuæ.
Rara mihi virtus; vitiis premor undique multis;
Sæpe fui iratus, ſæpe malignus eram.

77) Sæpius invidiæ tumuerunt corda veneno,
Sæpe ſupercilio frons caperata fuit.

78) Crimen avaritiæ fixit ſub pectore ſedem;
Fixerat & toto qui volat orbe puer.
Ignoſcit, fateor, pravis clementia ſervis,
Incutiunt nobis attamen iſta metum.

79) Parce, Pater! lacrimor, vitæ me pœnitet actæ:
Ecce Tuos jaceo quam miſer ante pedes;
Membra tremunt, cor deliquit, vigor aufugit omnis;
Ultima, ni parcas, lux erit hæcce mihi.

80) Ut ſitis ardentes, ſi forte venena colubri
Cervus edit, fauces immoderata premit.
Arva per & ſilvas & vaſta cacumina fertur,
Inveniat vivæ flumina donec aquæ.
Sic Tua, Nate Dei, ſitio medicamina; Sanctus
Infundat cordi Spiritus illa meo.
Sedulus inveniar vittatæ ad munia turbæ,
Cum Tuus atqve Tuæ matris agetur honos.

81) Conde manu, ſcelerum cum me rapit impetus, & me
Caſtigent legis mitia flagra reum,
Me quoties ſubit illicitæ tentatio flammæ,
Extinguam lacrimis, dum furit illa, faces.

82) Parce piis lacrimis, Matris per nomina, Nate!
Extrema qvando me vocat hora necis.

Qui nunquam miſeros ſpernis, timidosve repellis,
Has etiam facili percipis aure preces.
Non ego detrecto morbos & damna ſenectæ,
Donec ad extremum funeris hora venit.
Hos fatiga humeros, exerce hæc membra labore,
Faſce ſub impoſito mens liquefacta gemat.
Sed rogo poſt mortem ne me fera mactet Erinnys,
Et cineres tuto poſſe jacere loco!
83) Qui mihi das vitam, mihi da fulcimina vitæ,
Cum mens ad ſuperos ingredietur iter!
Exoptata mihi da, quæſo, viatica, Chriſte;
Ultima ſit, fuerat quæ Tibi, cœna mihi!
84) Quam vereor ſcelerum ne mens me conſcia lædat;
Inferni lacerent quam mea membra canes!
Aſtabunt ſtygiæ circum mea funera turmæ;
Heu; præſens rabidis dentibus angvis erit!
85) Hanc ne ſines animam mactari, dulcis Ieſu,
Solviſti meritis quam prius ipſe Tuis!
Non facies; magni merx hæc Tibi conſtitit olim,
Si memini, cordis parta cruore Tui eſt.
86) O Regina Poli! Terræqve, Hominumqve Deumqve,
Virtutum ſedes & pietatis amor!
Alma dei genitrix, humanæ cura ſalutis,
Tuta ſis arx animæ præſidiumqve meæ.
Aſpice pallentis langventia lumina vultus;
Excipe, cum fugiet pectoris aura, ſinu.
87) Infans quæ ſuxit Mater, præbe ubera Nato;
Cruda Patri præbe vulnera, Nate, Tuo.
Hæc puto viſuntur noſtræ cum ſigna ſalutis,
Cœlicolum abſolvet lecta corona reum.
88) Ante thronum Nati cum ſtas, pia Mater, & oras;
Excipiant tunc me ne tua vota, cave!
89) Nata Dei, medicina mali, ſincera columba,
Virginitatis honor, ſaxqve decusqve poli:

90) Ætherei

90) Ætherei confors fceptri, domitrixqve furoris;
Angelicum fuperas Virgo beata, decus!
Te facit acceptam tua manfuetudo Jehovæ,
Caftus ad exemplum, qui colit ora, pudor.
Crimina condonas, quæ fola es criminis expers;
Spiritus altitoni nam Tua corda fovet.
91) Vulnera noftra fove; quos ducimus, accipe quæftus;
Mater es, ergo omnes inter honora nurus.
92) Dicere digna Tibi fi quis præconia tentat;
Is numerum arctoæ dicere tentat aquæ.
Errat, & incerto figit veftigia paffu,
Dum labyrinthei fertur in antra fpecus.
93) Omnia fi linguis refonarent ora difertis,
Si voces hominum fingula membra darent,
Sidera, pulvereæ micæ, plumæqve, nivesqve,
Gramina, grando, feræ, fquamigerumqve pecus;
94) Arboreæqve comæ, vermes, plantæ atqve metalla,
Et quæcunque fimul fabrica dives habet;
Non Tua momentis canerent hi encomia cunctis;
Sufficerent laudes dicere, Virgo, Tuas.
95) Altior eft unus Te Virgo, & fanctior unus;
Altius hoc nihil eft, fanctius atqve nihil.
Dicere plura libet, nequeo fed dicere plura;
Devotum pectus fufficit effe mihi.
96) Paucula, Chrifte, Tibi, Matriqve hæc dedico metra;
Vos facite, effugiat mens in agone rogos.
Afpicite hos lætis verfus, pia pectora, ocellis,
Non multum quamvis forte leporis habent.
97) Non hic magnifice phaleratas jacto Camœnas;
Res multum curæ, fed mihi verba parum:
98) Non decet obfcuris involvere talia metris;
Culta, fed e medio verba petita, decent:
Omnibus apparent in aperto lilia campo;
LILIAque hinc dici carmina noftra volunt.

99) Hæc

99) Hæc quicunqve leget, ſincero pectore grates
Votaqve perſolvet, Virgo Maria, Tibi.
Tu me reſpicies, rapido cum carpor ab igne,
Si *Dominus Tecum* vox mea ſæpe refert.

Ad Lectorem.

Nolo putes raſæ venerer quod dogma cohortis,
Lector! Ego Auctoris prævia verba cano.
Ille licet recto non ſemper tramite currit,
Haud tamen ex omni parte profanus erit.
Quæ bona ſunt, retine; quæ ſunt mala projice, ſodes!
Illa imitare legens; dum legis hæcce, cave.

P. H. I.

